Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

bationē turbabitur & in alexandrea id est
in hō erit scissura & diffundentur aquae
pro qua rursum · Lxx diospolim transtulerūt
moris autē aegyptiorū est propter inmundatio
nem nili excelsos aggeres construere ac ri
pas nili quisi custodū neglegentia uel nimia
aquarū magnitudine ruptī fuerint subiacen
tes cāpos hēc qua quā rigant aquae sed oppri
munt atque populantur p quod significant
sic chaldaeorū exercitu occupandam aegyptū
quomodo inundantib; nili aquis · & sup modū
crescentibus operiri solet atque corrūpi pro
inundatione aquarū & inruptione atq; scissura aggerū in he
breo positum · ē · & er in memphis angustiae
cotidianae ut unde nilus diuiditur & ubi apis
templum · ē · & consulta respondet oracula
ibi cottidianae angustiae fiunt · Iuuenes quo
que heliupoleos quae hebraice appellatur
on & bubasti alterius ciuitatis gladio cor
ruent · ita ut ipse urbes hoc est habitatores
siue mulieres earū ducantur in captiuita
tem · qui sexus iniuriae subiacet · in tafnis
uero quae est regia ciuitas conterentur